



*a*

**I**  
**E**

**P**

**IL**

**AM**



A.K. 127,32.

Wh  
1196

AD  
MEMORIAM SAECVLAREM  
**PACIS RELIGIONIS CAVSSA**  
DVCENTIS ABHINC ANNIS  
AVGVSTAE VINDELICVM SANCITAE  
AVSPICIIIS  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
**IOANNIS FRIDERICI**  
PRINCIPIS SCHWARZBURGENSIS  
E QUATVOR S. R. I. COMITIBVS COMITIS HOHN-  
STEINI DYNASTAE ARNSTEDI SONDERSHVSAE  
LEVTERBERGAE LOHRAE AC CLET-  
TENBERGAE RELIQUA  
**PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI INDVLGENTISSIMI**  
IN LYCEO FRANCOHVSANO  
A. D. X. OCTOBR.  
RITE CELEBRANDAM  
PERILLVSTREM ATQVE EXCELLENTISSIMVM  
MAECENATEM  
VIROS  
ILLVSTRES MAGNIFICVM MAXIME REVERENDOS AM-  
PLISSIMOS RELIQVOS VEL MVNERVM VEL DOCTRINAE  
NOMINE CENSENDOS  
REVERENTER ET OFFICIOSE INVITAT  
**M. IOANN. FRIDERIC. ECKHARD R.**  
AMPLIES. PHILOSOPH. ORDIN. IENENS. ADIVNCTVS. ET SOCIET,  
LATIN. COLLEG. HONORAR.

---

PRODROMVS  
**CONVENTVS SOLLENNIORES RELIGIONIS CAVSSA**  
INSTITVTOS QVIBVS COMITES SCHWARZBURGICI  
INTERFVERVNT ENARRAT.

---

FRANCOHVSAE LITTERIS KELIANIS.



MEMORIAM SEBASTIANI  
PCIS RELIGIONIS CAESAR  
DACENTIS AFRICAE ANNIS  
VACUATÆ LINDENIAE SANCTÆ  
AVSTRIÆ  
SERVITISSIMI PRINCIPIS VG DOMINI  
DOMINI  
ANNIS TRIDERICI  
PRINCIPIS SCHWARZBURGENSIS  
EGAVTAX & R. I. COMITIAS COMITIS HONI  
STEIN DYNASTIE AVNGERDI SONDERSHAER  
LUTHERIÆ TERRÆ AC CTEL  
TERRÆ  
PRINCIPALIS MC DOMINI MULIERE MULIERE  
IN LACCO FRANCIOHAZANO  
A. D. 1602.  
ET CETERA  
MERTVITRUM AVTA EXCITANTISSIMUM  
MAGOMATUM  
PRINCIPALIS MC DOMINI MULIERE MULIERE  
WILHELMUS REICHOFF FELIX MAXIMUS HERRENDOSS AM  
WILHELMUS REICHOFF FELIX MAXIMUS AD DOCTRINAS  
WILHELMUS REICHOFF  
M. IOANN. FREDERIC. FERNHARD. R  
WILHELMUS REICHOFF ORPHEI. INGENI. AD INVENTAS. ET SCIENTIAS  
LATINI. GESTIC. HONORARI  
FUDSOMA  
CONVENTUS SOLEMNITATIS RELIGIONIS CAESAR  
DISTILLATOR D. 1602. COMITIS SCHWARZBURGENSIS  
INTRODUCTIO  
FRANCIOHAZAE TITULARIS KIRCHWALS



**V**num illud videlicet ad optandum restabat, postquam, ex tot saeculorum caligine, quae Dei immortalis gratia est singularis, ad pristinum integratis locum, restituta esset religio, ut procul a vi, atque infideliis, plena, et optata quiete perfrueretur. Indultum est precibus, atque votis, ingentique redintegratae veritatis beneficio, diuinatus concessio, et hoc est additum, quo nescio an maius vouendo concipi potuisse, securitas. Haec, quae ducentis abhinc annis, in splendidissima procerum imperii Germanici celebritate, formula pacis sollenniori, data est religioni, a sordibus purgatae; et nunc, fauente nobis diuina prouidentia, quum in orbem reddit dies, impetrati munera huius saecularis, amplexatur illam benigne ac recreat. Quodsi autem ita natura est comparatum, ut recordationem temporis illius, quo peculiaris quaedam felicitas, numine propitio ipsis contingit, iucundissimam homines existiment:



ment : numquid mirandum, si tot ciuitates, tot prouinciae flor-  
entissimae, tot populi, qui emendatas, et sinceras, diuinae sa-  
plentiae, doctrinas profitentur, plausus suos coniungant, nihil  
que intermittent eorum, quae ad saeculare sacrum, festo ritu  
concelebrandum, pertinere quodam modo possint? In publicae,  
et communis huius laetitiae societatem, Schwarzburgum quoque  
venit, cum proprio pietatis ardore percitum, tum auctoritate,  
et mandato OPTIMI sui PRINCIPIS excitatum. Novum hic,  
atque in loco illustriori situm documentum, extare finit PRIN-  
CEPS SERENISSIMVS, quanta contentione tueatur, ac fir-  
met, ardenter pietatis erga Deum, cultumque ipsius since-  
rum, gloriam, quae a maioribus splendidissimis relicta, haere-  
ditate ad ILLVM venit. Quem enim fugit, inter cetera orna-  
menta, quibus Heroes Schwarzburgici, aliquot retro saeculis  
exsplenduere, multo maxima ; religionis ardorem, ipsis pro-  
prium, velut lunam, inter ignes minores promicuisse; huic au-  
tem, litterarum amorem exinium praelusisse ; quae sicut subsi-  
dia, et instrumenta religionis sunt ; ita et, non leuiter haustae,  
vel suscitant illum, si nondum adfit, vel nutriunt mirum in mo-  
dum, atque confirmant. Amplissimus se hic aperiret cam-  
pus, si merita, et in litteras, et in religionem illustriora, stu-  
dii in utrasque vehementioris testes aduocare vellem : aliorum  
autem opera, quum in enarrandis, ac celebrandis iis iam desu-  
dauerit ; (a) placet iam, ad conuentus illustriores, quibus hi ipsi  
inter-

(a) Pertinent hoc, b. parentis M. TOBIAE ECKHARDI programma,  
de Comitum, atque Principum Schwarburgensium in rem  
litterariam meritis. Quedlinburgi M. DCCXXI. WEBERI  
prolusiones, de meritis Domus Schwarburgie, in rem littera-  
riam. IO. CHRIST, OLEARIVS in Clericatu Schwarzburgico,  
IO. HENRICI RVDOLPHI SCHEIBII programmata, quae in-  
scribit: Melaprygum repurgatum, vt et orationes eiusdem:  
Von den grossen Verdiensten, des Durchlauchtigsten Hauses Schwar-  
zung, um die Religion, und Gelehrsamkeit.

¶

interfuerunt, sacrorum causa institutos, seorum respicere,  
quum et ex eo forsan argumentum peti possit haud leue, ad stu-  
dium, quod diximus comprobandum.

Necessum hic nobis est, istorum memoriam temporum,  
cogitando replicare, quibus res sacrae, ita ruerant in deterius,  
ut cordatiore non tantum, verum et illi, quorum intererat, reli-  
gionem, modo non prorsus labasceret, naevis, et corruptelis,  
quam plurimis esse refertam, de remedio, malis inueniendo co-  
gitarent. Vnusquisque rerum in re publica sacra gestarum,  
haud prorsus imperitus, sua sponte facile suspicabitur, ea hic  
respicienda esse tempora, in quae, celebre illud Constantiense  
concilium incidit, a Sigismundo imperatore, et Pontifice Roma-  
no, Ioanne XXIII. conuocatum. Hoc enim, vti surrogatum  
est, in locum Concilii Pisani, quod sine fructu erat distractum;  
ita et idem huic, cum illo, finis erat propositus, sacrorum emen-  
datio, <sup>(b)</sup> quae misere contaminata, ac deturpata esse omnes profi-  
tebantur. Ad rem autem, quae est eiusmodi, qua meliorem,  
prout tum quidem erant tempora, concupiscere nemo poterat,  
quum sine sensu sint, qui religionem ipsam in pretio non ha-  
bent; tanta haec, quatuor, ex illustrissima gente Schwarzburi-  
gica oriundis Comitibus <sup>(c)</sup> est visa, ut non legato cuidam, partes  
 suas

)( 2

(b) conf. EDMUNDI RICHERII *Historiam Conciliorum generalium*  
P. I. pag. 465. et Lib. II. pag. 139.

(c) HERMANNVS von der HARDT, in *Act. Concil. Constantiens.*  
duo comites Schwarzburienses nominat, qui Concilio Constantiensi in-  
terfuerunt, GVNTHERVUM, et FRIDERIC. ALBRECHT. W.LHEL.  
MVM. Cl. SCHEIBIVS, loco posterioris RVDOLPHVM sublituit,  
in programm. I. Melapyrge repurgat. Quodsi PAVLLO IOVIO,  
verum Schwarzburiacarum grauissimo scriptori, fides est habenda, statim  
sub initium huius concilii, ALBRECHT. V. Constantiam profectus est.  
Verba eius sunt: Graf Albrecht, Leutenbergisches Linie, ist gleich zu  
Au-

❧

suas demandandas putauerint, sed ipsi, rerum illic gerendarum, quarum spes erat facta, participes esse flagrantes, Constantiam commigrauerint. Vel iniquus quilibet iudex confiteri debebit, suo, quo terebantur in religionem ardori, obsecutos illos esse, quantumuis hic nihil propemodum est effectum, quod ciuitatis repugnationem Christianae attinebat, quae dolis, artibusque variis euitata est. Opprobrium autem illud, quod IOANNIS HVSSI, et HIERONYMI PRAGENSIS sanctissimorum virorum, contra fidem datam, ad ignem condemnatione, in concilio hoc, aeternum inhaerebit, eo facilius abstergi ab his quidem poterit; quo certius constat, imperatori ipsi, sanguinariae papicolarum sententiae, non sine animo vehementius reluctante, concedendum fuisse. <sup>(d)</sup> Haud leuius, rationibus religiosi consulendi studium, GVNTHERVS, Schwarzburgicae propriae, Archiepiscopus tum Magdeburgensis comprobauit, eo, quod Basileam, <sup>(e)</sup> ad concilium, cuius indictio, praeclera rursum spondebat omnia, ipse se contulerit; licet ex hoc quoque, res Christiana vehementer adficta, nihilo plus utilitatis, et sanitatis ceperit. At nondum euoluta tum erat, series illa annorum fatalis, nondum illuxerat tempus illud prosperrimum, expugnationi superstitionis diuinitus destinatum, quod immortalis gloriae plenum opus, postquam satis diu illusum effet

generi

S. 111

Anfang dieses grossen Concilii zu Costnitz, daselbst mit zwey Pferden eingeritten, und hat sich als ein Reichs-Graf stattlich sehen lassen, vid. ipsius Chronic. Schwarburgens. P. IV. Cap. IV. Praeter hunc, adfuerunt ibi GVNTHERVS XXVIII. HENRICVS, DVVS ARNSTADI, et GVNTHERVS, DVVS SCHWARZBURGI. conf. De-  
dukt. Schwarzburg-Arnstadt, contra Sachsen-Weimar in Appendic.  
Documentor. n. 45. n. I. et II.

(d) vid. FRIDERIC. SPANHEIMII *Introduct. ad Histor. Ecclesiast.* N. T. pag. 504. n. 6.

(e) Observat hoc SAMVEL WALther, in singularibus Magdeburgens. P. I. p. 1. seqq.



generi humano, Lutheri aetati erat referuatum, cuius opera, ac  
studio, in depurganda religione, coelestis sapientia est vfa.  
Perrupit hic feliciter, diuino numine fretus, incredibiles difficultates eas, quas nulla antea vis, nec tot congregati principes  
vincere, aut superare potuerant. Nemini autem ignotum esse  
potest, quanta inuidiae, molestiarumque tempestas, subeunda  
fuerit, magno huic lucis, veritatisque instauratori, quamque  
nefariis criminationibus, infamiam, et odia vniuersorum, con-  
flare ipsi sint anni si, Pontificis Romani adseclae; postquam in-  
tellexerunt, summa diligentia vitam Lutheri custodiri, neque  
villam sibi, caedis facienda potestatem dari. Sed laborare tum  
incipiebat fides illorum, cum toties animis fuso, et mendaciis  
adsueticis imposuissent, neque omnes statim erant, qui commen-  
tis istis, fidem suam praebuissent; atque ideo Wormatiam Lu-  
therus euocabatur, ut coram iudicis imperii comitiis, causam  
suam diceret. Animis igitur veritatis cupidis, et quod ad Lu-  
theri causam attinet, dubiis adhuc, atque suspensis, num alia  
ratione satisfieri potuisse credibile est, quam, si ipsi, modo li-  
ceret, confessui huic interessent? Quid mirum itaque, si splen-  
didissimum huncce conuentum, quinque Comitum Schwarz-  
burgensium praeSENTIA illustrata, et condecorata esse legimus. (f)  
Excipiebant Comitia Wormatiensia, illa, Augustae Vindelicum,  
ab Imperatore conuocanda, quum vires deinde maiores sumere  
inciperet, recuperata coelestis veritatis lux; aduersa autem tene-  
brionum pars, oppugnare illam haud intermitteret. Ad exorta  
haec, et magis gliscientia religionis dissidia componenda, ipsam  
doctrinam controuersam rite cognoscere, necessarium iudicaba-  
tur, atque, quum alia ratione melius, fieri illud vix posset;  
mandante imperatore, restitutae in pristinum doctrinae summa,

)( 3 )

neruo-

(f) Quinque horum Comitum Schwarzburgensium nomina, LUTHERVS  
enumerat, Tom. I. Ienens. Germ. fol. 438. addo SOEFFING. in rebus  
gestis, ad ann. 1521. pag. 78.



neruose, dilucideque explicata, in procerum imperii confessu, recitari debebat. Quo illustriora, feruentioris in religionem studii exempla, cellissima stirps Schwarzburgica suppeditauerat; res autem haec, hominum, populorumque exspectatione dignissima, quo maius momentum habere poterat, ad doctrinas, e tenebris reuocatas, nude, detractisque naeuis, quos hominum cucullatorum turba ipsi adfinixerat, cognoscendam; eo minus dubitabant, GVNTHERVS, HENRICVS, vt et IOANNES HENRICVS, Augustam se conferre, <sup>(g)</sup> vt auribus illam suis, perciperent, veritatemque rei, oculis quasi cernerent. Tanto etiam minus HENRICVM, GVNTHERI filium vnicum, et IOANNEM HENRICVM, stirpis Leutenbergiae, qui ex aetiori, quae intercedebat ipsi, cum Comite Mansfeldensi consuetudine, de Lutheri et vita, et doctrina, iam ante certior erat factus, <sup>(h)</sup> instituti itineris poenitere poterat, quum animum, de purioribus sacris conuictum, tamquam fructum, multo saluberrimum, domum adportarent. Non multo enim post, non ipsi solum, repudiata superstitione veteri, emendatam religionem admirerunt; sed cum ciuibus quoque suis communicarunt; quam ob rem, iam dudum nomina illorum, memor religio, aeternis fastis inscripsit. Supereft adhuc inter illustriores conuentus, sacrorum cauffa institutos, ille, qui Arnstadii, anno M. DXXXIX. celerabatur, cui GVNTHERI XL. praesentia, <sup>(i)</sup> decus, et ornamentum, haud vulgare conciliauit. Tametsi enim in primis hic consilia erant capienda, quae ad periculum, quod a Caelarianis, in emendationum sacrorum confessores

(g) conf. b. CTPRIANI, Historie der Augspurgischen Confession, pag. 83. SOEFFING in rebus gestis ad ann. 1532. SALIGS Historie der Augsburgischen Confession Lib. II. Cap. 9. pag. 396.

(h) SECKENDORF in Histor. Luterenissimi Lib. III. Sed. 7. §. XXV. addit. III. fol. 71.

(i) IO. CHRIST. OLEARIVS in Histor. Arnstadiensis pag. 282.



fores intendebarūt, pertinebant; tamen haec partim sola non erant, quae illic agitabantur, partim iniri ita haud poterant, quin sacrorum simul haberetur ratio. (k) GVNTHERVS autem, quum huc vsque sacris pristinis constanter esset addictus; ab hoc inde tempore, remissa, qua in odium purgatae religionis ferebatur, opinione, mitius sentire de illa coepit, deinde vero penitus illam introspiciens, ipsa veritate victus, amplectendo illam, et suae, et ciuium suorum saluti consuluit. (l)

Quae vero, quum ita sint, quis est, qui non intelligat, tot monumenta, studii in veram religionem enixioris, omnibus tropaeis perenniora, *celsissimae Domui Schwarzburgicae* esse erēta; quot conuentibus sollennioribus, religionis causa congregatis, Heroes, quos protulit interfuerunt. Ipsum illud constitutendae, ac firmandae pacis negotium, quod sacra puriora profidentibus, tranquillam libertatem attulit, cuiusque memoriam saecularem gratulabundi obimus, non ita fuit gestum, vt non aliqui Schwarzburgicae prosapiae, participes illius fuerint; id quod iis ignotum esse haud poterit, qui inter alia splendidissima nomina, quibus formula pacis sollennior est obsignata, GVNTHERI, et IOANNIS GVNTHERI (m) nomina conspexere.

Quemadmodum autem pax ista, ut ad rem nostram deueniamus, immensa dei immortalis benignitate nobis concessa, non sacrorum modo cultui, et templis securitatem praestitit, sed de scholis quoque, ineundo illam, conceptis verbis est dispositum;

(k) conf. Iohann Caspar Funkens Reformation-Historie Cap. IX. §. LXIX.  
pag. 492.

(l) vid. OLEARII Histor. Arnstadt. Cap. VII. pag. 39. eiusd. Syntagm.  
Rer. Thuringic. P. I. pag. 320.

(m) vid. SCHMAVSI Corpus Iur. Publ. pag. 370.



tum; (n) ita etiam PRINCEPS SERENISSIMVS IOAN-  
NES FRIDERICVS, qui beneficii, ad posteritatis vsum  
conseruati magnitudinem, iusta aestimatione pensat, non  
publicam tantum supplicationem indixit; verum et scholis  
imperauit, reuertentem faustissimi illius diei lucem, de-  
bita religione prosequi. Cuilibet artium bonarum sacra-  
rio, causae non deerunt, et iustissimae, et grauissimae,  
quas propter communibus plausibus, suam quoque pietat-  
em inferat; nobis certe peculiaris quaedam est, quum ipso  
anno, quo Passauensi transactione, ut vocant, ad plenam  
religionis securitatem, admirabilis praecursio est facta, Lyceum  
nostrum, quod adhuc, virginitati perpetuae deuotarum, Ordini  
Cisterciensis, foedaque superstitionis diuersorum fuerat, in  
bonae mentis, et litterarum domicilium sit commutatum; sicut  
i lapidis litterati (o) testimonio, aedibus illius adfixi comproba-  
tur. Praestabit itaque officium suum, ratione quidem tenui, at  
pietate eo ardenteri, cum gratias agendo Deo immortalis, de  
conseruato securiatis beneficio, tum implorando eum precibus  
ardentissimis, ut numquam interrumpendam ipsi addat perpetui-  
tatem. Partes has demandandas putauimus, tribus adolescenti-  
bus, morum probitate, et diligentia in elegantioribus litteris ad-  
hibita, commendatissimis, qui orationibus publicis habendis, suo,  
commilitonum, quin etiam totius scholae nomine, exorti saecu-  
laris diei memoriam, pro virium modo celebrabunt.

ABRA-

NAL & NAL. vid. Confistorii Mansfeldens. Celeberr. Kappi, freudi-  
gem Andenken des ersten Religions-Friedens Iubel-Festes interrum-

(n) vid. *Programma Confistorii Mansfeldens*. Celeberr. Kappi, freudi-  
gem Andenken des ersten Religions-Friedens Iubel-Festes interrum-

(o) Inscriptionem exhibet, IO. FRID. MVLDBENERVS, in rebus patriae per-  
uestigandis maxime sedulus, in den historischen Nachrichten, von den  
Cistercienser-Closter zu Frankenhausen, pag. 194.



HENRICVS ALEXANDER GUNTHERVS PAEZ,  
*tristissimam religionis faciem, ante repugnationem, a Lubero fadam, oratione latina delineabit.*

ABRAHAMVS BENIAMIN AVGVSTVS BER-  
TRAM, statum religionis, post emendationem, multo feliciorem, at non satis tutum, verbis latinis exponet.

AVGVSTVS FRIDERICVS WERNER, carmine saeculari teutonico, bona, pacis concessae, celebrabit, ac pro perpetuitate ipsius, et salute SER. DOMVS SCHWARZBVRGICAE vota faciet.

Ipsa rel conditio, quae ad publicam hanc sollennitatem nos vocat, auguria, bonae spei plenisima complectitur, fore vt ea, frequentiori praesentia illustretur eorum omnium, qui literas, conseruatasque purioris veritatis doctrinas amant. Tanto igitur confidentius, PERILLVSTREM atque EXCELLENTISSIMVM MAECENATEM nostrum, CONSILIORVM PVBLICORVM PRAESIDEM longe spectatisimum, propitia fati indulgentia ornandis, iuuandisque litteris datum, Viros Illustres, Magnificum, Maxime reuerendos, Amplissimos, reliquos, vel munerum, vel doctrinae causa spectatos, vt, quam saepius testati sunt, in audiendo benignitatem; crastina luce impertire nobis velint, ea, qua quemque decet ratione, rogare possumus. Venite ad sacra saecularia, quae nemo nostrum, vel vidit antea, vel posthac visurus est. P. P. die IX. Octobr. anno reparat. salut. clo CCLV.



*...etiamque sibi sunt debilitates.*

**CICCE Actis Poper.** **AVENATAE PRIDEZIZIAS MARENITZ**, **AVENATAE**

As such he must start his life over again in a new country, for he has no friends or relatives there. He has to work hard to earn a living, and often faces difficulties and challenges. However, he is determined to succeed and make a better life for himself and his family. He is a true survivor, a true American.



21


VD18

**ULB Halle**  
006 831 931

3







Q. H. 127, 32.

**AD  
MEMORIAM SAECVLAREM  
PACIS RELIGIONIS CAVSSA  
DVCENTIS ABHINC ANNIS  
AVGVSTAE VINDELICVM SANCITAE  
A V S P I C I I S  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
D O M I N I  
IOANNIS FRIDERICI  
PRINCIPIS SCHWARZBURGENSIS  
E QVATVOR S. R. I. COMITIBVS COMITIS HOHN-  
STEINI DYNASTAE ARNSTEDI SONDERSHVSAE  
LEVTERBERGAE LOHRAE AC CLET-  
TERBERGAE RELIQA  
PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI INDVLGENTISSIONI  
IN LYCEO FRANCOHVSANO  
A. D. X. OCTOBR.  
RITE CELEBRANDAM  
PERILLVSTREM ATQVE EXCELLENTISSIONM  
MAECENATEM  
VIROS  
ILLVSTRES MAGNIFICVM MAXIME REVERENDOS AM-  
PLISSIMOS RELIQVOS VEL MVNERVM VEL DOCTRINAE  
NOMINE CENSENDOS  
REVERENTER ET OFFICIOSE INVITAT  
**M. IOANN. FRIDERIC. ECKHARD R.**  
AMPLISS. PHILOSOPH. ORDIN. IENENS. ADIVNCTVS. ET SOCIET,  
LATIN. COLLEG. HONORAR.  
PRODROMVS  
CONVENTVS, SOLLENNIORES RELIGIONIS CAVSSA  
INSTITVTOS QVIBVS COMITES SCHWARZBURGICI  
INTERFVERVNT ENARRAT.  
FRANCOHVSAE LITTERIS KEILIANIS.**

